

- XXXV. Potest quis pro se & liberis abdicare Regnum aut Jus succedendi in eo, in hæreditariis scil. regnis.
- XXXVI. Filius ante Regni adeptionem natus præfertur in Regno individuo ei, qui in Regiâ fortunâ natus est.
- XXXVII. Item Nepos ex filio priore filio posteriori.
- XXXVIII. Neptis ex filio primogenito nepotem ex ultimo filio non excludit.
- XXXIX. Persona heredis eadem censetur cum personâ defuncti.
- XL. B. f. possessor non tenetur ad restitutionem, si res perierit.
- XL I. B. f. tamen emptâ res aliena est restituenda, scil. repetitione erogati pretii.
- XL II. Ad perfectæ promissionis vim requiritur Usus rationis.
- XL III. Facti per se illiciti promissa non valent.
- XL IV. Exercitoria & Institoria actio ipso Iure Naturali nuntur.
- XL V. Qui cum aliquo contrahit, tenetur significare vitia sibi nota ejus rei, de quâ agitur.
- XL VI. Iusjurandum dolo elicited non obligat.
- XL VII. Ut valeat juramentum, debet esse obligatio licita.
- XL VIII. Etiam si à Principe fiat Emt. vend. sine certo pretio, s. locatio conductio, non expressâ mercede, non erit talis.
- XL IX. Qui virginem imminuit, vi aut fraude vel rependere quanti minoris ipsi valet spes nuptiarum, vel ducere, si eâ promissione corporis usuram impetraverit, eam debet.
- L. Arma non licet inferre populis ideò, quod Christianam Religionem sibi propositam amplecti noluerunt.

